

PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

Exercitationes scholares, SAMAPULESI, RUIZ,
SANMARTÍ, LASIERRA.

Quid de morte senserint classici scripto-
res, SARMIENTO.

De Apollodoro Atheniensi, ORTH.

Epistolia soluta.

Iliadis I, VÁZQUEZ.

Adnotationes stilisticae, BELTRANI.

De verbis, J. M. M.

Hymnus messorius, MAULEÓN.

Extremum imminet periculum!, SARMIENTO

Bibliographia, MIR, TRISTANIUS, MAULEÓN.

Compositiones vertendae.

Curiosa et jocosa, XAVERIUS.

Ordinarii et Superiorum licentia

Exercitationes Scholares

Beneficia

Magnam inter volucres caedem faciam... Alit quidam rusticus et arripuit sclopetum.

—Miserere earum —uxor ejus dixit —. Nonne veniunt singulis annis et segetes nunquam deficient?

—Multum ex teneris herbis framenti vorant. Scisne, quales nunc segetes haberemus, nisi ab avibus istis nocerentur.

—Fulicae non consciae volitabant super campum, quas rusticus, sub strue segetum se abdens, necavit; atque id indefessus per decem dies fecit. Quo fulicae omnes superstites abierunt quin unquam ad agros illos redierint. Contigit ut eo anno dimidia messis pars perderetur quod spicae a quibusdam vermibus exesae essent; sequenti vero anno eadem de causa omnes defuerunt. Beneficium insigne mihi faciebant fulicae quod et ipse nesciebam! —ait tunc rusticus—; et addidit: beneficia nobis non conscis facta praeterimus, sed de malis illatis et minimis conquerimur.

JACOBUS SAMAPULESI.

Villae Rosarii, e III C. Gymn.

Ursus et Apes

Dolorem tolerare levem disce ne acriorem tibi pares. —Ursus quidam ambulans per silvam leviter ab ape pungitur. Prae iracundia scindens clamat: «Hostibus bellum miseris indicam eorumque gentes perdam». Statim dentibus pedibusque arcem apum destruere coepit, sed eae audacia tanta iratae ruunt omnes adversus eum atque vitam libertatemque fortiter tuentur. Ictus tamen ursus corpus per totum amens dolore sese in terram volutabat. Deinde in antrum cum redisset iterum cogitavit secum: «Quam absonum egi ego quidem stultus! Non levem ictum ferre animi tranquillitate potui et milibus nunc vulneribus crucior».

A. RUIZ, C. M. P.

Alabonae, e III Gymnasii C.

De Tempore

Nihil carius tempore hominibus natura praebuit, quod, cum unum bonum vere nostrum sit, celerius omnibus rebus elabatur. Manus, quae illud nobis elargiuntur, id nobis eodem temporis puncto eripiunt, velut si hac ipsa celeritate, ut illo festinanter frueremur, nos admonerent. Quis enim dubitabit, his naturae vocibus oboediens, quin homines festinent ut tempus carpant quod evolat et praeterit sine spe redditus? At tantum est hominum error ut eo ipso quod tempus praeterit tanta celeritate, sperent fore ut eodem nunquam careant. Prodigii praesentis temporis, nimis futuro confisi, forsitan moereant quod majore celeritate non praetereat atque cum, qui opes furantur, nimia severitate puniant, sotes — beatiores — qui tempus eis eripiunt, remunerantur.

JACOBUS SANMARTI, C. M. F.

Barbastri, e V latinitatis C.

Plautus

(Cfr. P. E. n. 108 p. 379)

Tunc, ob quaerendum victum, pistorem [in pistrino] se locavit atque, ut jumentum, ad circumagendas molas, quae trusatiles appellabantur, se contulit. Quae tamen res, neque ejus animo tenebras offudit, neque ejus [=in eo] jocandi facultatem retardavit, quod enim sibi dabatur otii, in fabulis scribendis cansumere solebat; quarum tres dicuntur scriptae in pistrino, in his est *Ad dictus*, qua suam condicionem depinxisse verisimile est. Quamdiu in pistrino fuerit incertum est; constat tamen eum servitute liberatum esse, et iterum in scaena floruisse.

JOSEPHUS M. LASIERRA

In aedibus Seminarii Barbustrensis
VI cursus alumnus



LENGUA ESPAÑOLA

VOX. — Diccionario General Ilustrado de la Lengua Española. — Prólogo de R. Medéndez Pidal; revisión de S. Gili Gaya. — En tela, ptas. 125.

GILI GAYA. — Iniciación en la Historia Literaria Universal. — Ptas. 22.

LENGUA LATINA

SPES. — Diccionario Ilustrado Latino-Español Español-Latino. — 2.^a edic. revisada por V. García de Diego. — Ptas 50.

SPES. — Diccionario abreviado Latino-Español Español-Latino, reducción del anterior para los primeros cursos del Bachillerato, 2.^a edic. -- Ptas. 25.

ECHAURI. — Diccionario Manual Latino-Español Español-Latino. — 6.^a edic. revisada por el autor. Ptas. 45.

Id. Lengua Latina (cursos 1.^o-2.^o-3.^o). Ptas. 18.

Id. id. (cursos 4.^o-5.^o-6.^o-7.^o). Ptas. 25.

Id. Crestomatía Latina para los siete cursos del Bachillerato, Ptas. 20.

LENGUA GRIEGA

PABON-ECHAURI. — Diccionario Griego-Español, 2.^a edic. revisado por José M. Pabón. — Ptas. 40

ROCA PUIG. — Textos y prácticas para todos los cursos de Griego.

Pedidos y detalles a

EDITORIAL SPES

Avenida Carlos I. 149 - BARCELONA - Telegr. EDISPES


Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

VINOS DE MISA

DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis
www.culturaclasica.com

PALAESTR A LATINA

Pretium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pt. in America et Philippinis insulis, et 17 pt. in reliquis civitatibus - Pretium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcelona - Apart. 1042

Quid de morte senserint classici scriptores⁽¹⁾

1. Praefatiuncula. — Placet in praesentiarum peramoenos latinitatis hortos invisere ac lactissimos obiter flores liquidis odoribus fragrantibus decerpere eorumque succos delibare animo degustandos.

Neque vero nescio esse nonnullos eosque non admodum indoctos quibus litterarum studia praesertim classicarum non modo displiceant, verum etiam qui eorum utilitatem negent ipsaque coercenda atque reprimenda censeant. Nihilo tamen secius; nullibi locorum, plenarum gravitate et doctrina, quibus passim consperguntur, sententiarum praecepta abundantius reperies, quam in his studiis inconsiderate nunc maxime temporis neglectis aut posthabitis.

Laudandos igitur arbitror humanissimos viros qui tantopere in his augendis fovendisque adlaborant virilique pro parte summam dant operam. Quo magis ad litterarum cultum revertamur eo magis sensim sine sensu litteras patrias florere ac vigere magno cum gaudio sentiemus.

Haec tandem aliquando studiosa juvenus velim intellegat votisque magistrorum respondens, omnibus animi viribus ad hoc se conferat otium, «quod longum ac diuturnum cum sit et improbum, dulcissimi sunt et erunt, quos ex eo percipiet, sapientiae fructus» (2), quippe quod bonos in dies nos efficiet si modo vera narrat Horatius (3):

*nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem.*

Inde ad nos usque manare illa mihi videtur, de qua Marouzeau (4), hereditas, «auquel nous devons le bienfait de l'humanisme», idonea inprimis ad vitam moresque tradentis documenta.

Nihil vero ad vitam moresque componendos informandosque sic proficit quantum adsidua de morte cogitatio. Horum memores, visum est pauca hac super re disserere. Longa lataque superanda est, quamvis fertissima deliciarum, via. At

(1) Cfr. *Anales del Inst. de Lit. Clásicas*, t. II.

(2) Cfr. TARNASSI, *Est. Latinos*, t. I, Introd., pág. 3.

(3) id. o. c., t. II, lec. I, pág. 20.

(4) *Anales del Inst. de Lit. Clásicas*, t. I, pág. 10.

vero, *modus est ullus investigandi et quaerendi defatigatio, turpis est cum id quod quaeritur sit pulcherrimum* (1).

2. *Quid sit mors.* — Terrae omniparentis alumnus (2), quem rerum opifex in effigiem finxit moderantum cuncta deorum (3), animo et corpore coalescit, indeque eum rationalem dicimus; iustaque de causa *sanctius omnibus animal* (4) *μικρὸν ζῴσιον* non incongrue appellavere graeci.

At animus —divinae particula aerae (5)— cordis mentisque muneribus optime paratus, fines quodam modo attingit divinorum; ipse ad superna tendit, dirigitur efferturque. Insatiabili illo caelestium rerum desiderio, animum esse divinum eundemque immortalem conjectari licet. Corporis vero ad libidinem proclivitas, qua ad ima et inferiora rapitur, satis superque mortale esse nobis demonstrat. Utraque inconcusse probata invenies in illo Ciceronis libro, qui est de natura deorum (6).

His adversis naturae viribus quasi insectatus homo in rerum initia dissolvi mirum non est atque dispesci *animi a corpore discessu* (7). Ipse autem animi a corpore discessus, quomodo fiat, nihil nostra interest; *sitne sine dolore an et sit plerumque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate. Totum leve est qualecumque sit; fit enim ad punctum temporis* (8).

3. *Obeunda est omnibus.* — Unum planum ac perspicuum est, docente atque etiam repugnante natura (9):

nullum saeva caput Proserpina fugit.

Lippis deinde et tonsoribus notum est illud Vergilii (10):

stat sua cuique dies.

Hanc omnes diem timeant necesse est eandemque omne etiam animal refugiat. Nihil est cuilibet vita carius nec quemquam a sui ipsius caritate abhorruisse acceptum est; gignere pariterque gigni omnes desiderant et amant.

(1) Cic., *De Fin. bon. et mal.*, I, 1. 3.

(2) Verg., *Aen.*, VI, 595.

(3) Ov., *Metam.*, I, 76.

(4) Id. ib. 83.

(5) Hor., *Serm.*, II, 2, 78.

(6) Cf. *Tusc. Disp.*, I, 16, 36; I, 20, 47.; I, 13, 30; I, 22, 50; *De Senec.* XXI, 77, 78. ib. XXIII, 86: quod si in hoc erro, qui animos hominum inmortales esse credam, libenter erro nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo.

(7) Cic., *Tusc.*, I, 9. 18.

(8) id. ib., 34. 82.

(9) Hor., *Carm.*, I, 28. 20.

(10) *Aen.*, X, 467.

Res in comperto est, quam nemo unquam rationis utens infitias ibit, mortem ultimam rerum lineam esse, ut vanam spem sibi fingat insipienter sperans (1):

*quis scit an adjiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi?*

Etenim, ut est apud Ovidium (2):

*tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
omnia sub leges mors vocat atra suas.*

Jamvero cum mortem, quam omnibus natura proposuit (3), devitare ullo pacto nequeamus: moriendum enim est omnibus (4) eam jugiter revocare in memoriam oportebit, quandocumque tritum vulgatumque sit illud horatianum (5):

debemur morti nos nostraque.

Singulis eadem fata manent, cum dies et noctes ut reliquos homines (6):

me mors atris circumvolat alis.

Itaque ergo, omnibus mors quasi saxum Tantalos semper impendet, ait Cicero (7). Quod sollicitudini atque curae est considerantibus horarum lapsum sempiternum et dierum fluxum annorumque sibi succedentium cursum. Quapropter, moerore confectus querebatur lyricorum princeps (8):

*eheu fugaces, Postume, Postume,
labuntur anni...*

Ad haec quoque referenda sunt verba Nasonis (9):

*tempora labuntur tacitisque senescimus annis
et fugiunt, freno non remorante, dies.*

Iterum praeclare Horatius (10):

*truditur dies die,
novaeque pergunt interire lunae.*

Quibus aperte admonemur temporis jacturam ne faciamus praesertim cum breve et irreparabile sit tempus aetatis nullaque diei pars sine magno dispendio pereat, neque (11)

*diffinget infectumque reddet
quod fugiens semel hora vexit.*

A. RAYM. SARMIENTO, C. M. F.

(sequar)

Villac Rosarii, in Argentina.

- (1) Hor., *Carm.*, IV, 7. 17: cf., *epist.* I, 16. 79.
- (2) *Consol. ad Liv.*, 359.
- (3) Cic., *Philip.*, IV, 13.
- (4) Id., *Tusc.*, I, 5. 9.
- (5) *Ars.*, *Poet.*, 64.
- (6) Hor., *Serm.*, II, 1. 58.
- (7) *De fin bon. et mal.*, I, 18.
- (8) *Carm.*, II, 13. 1.
- (9) *Fast.*, VI, 771.
- (10) *Carm.*, II, 18. 15.
- (11) Id. *ib.*, III, 29. 47.

De Apollodoro Atheniensi

Apollodorus Atheniensis, qui librum cui nomen «Chronica» scripsit, ab anno circiter 180 a Chr. n. ad annum fere 110 fuit. Illud autem notissimum opus, quod praecipue vitas philosophorum pertrahebat, fere prorsus periit. Quae vero exstant fragmenta magni momenti sunt. Ad illa, quae pauciora sunt, alia nuper accesserunt, ut brevi exprimam. Dr. enim Antonius Tovar, in praestanti ephemeride «Emerita», vol. XI (1943), 180-200 de vita Aristotelis egit, quae in codicis matritensis 4676 folio 147^v continetur. En verba ex graeco translata: «Plato natus Diotimo Archonte (428-7) post octoginta duos annos Theophilo archonte (348-7) vita cessit. Aristoteles autem natus Diotrephe archonte (384-3) post sexaginta tres annos Philocle (archonte) (322-1) mortuus est. Frequentavit [Aristoteles] Platonem Nausigene archonte (368-7); et inde a Theophilo, quo archonte (348-7) Plato moritur, usque ad Philoclem, quo archonte (322-1) Aristoteles moritur, viginti tres (!) anni sunt, quibus Aristoteles Platoni superstes fuit. Platoni igitur vivo non est adversatus [praeterea hoc dicendum est:] Aristoteles juvenis composuit dialogum de poëtis et de arte poëtica [scripsit] et [libros] rhetoricos et problemata mechanica et medica et physica in septuaginta libris et optica problemata et disciplina [seu *dicaiomata*] urbium hellenicarum ab eo [=Aristotele] scripta sunt, quibus innixus Philippus [rex] discordias illarum urbium composuit, ut Philippus aliquando gloriaretur et diceret: «Definivi terram Pelopis [=Peloponnesum]». Politicias [=libros constitutiones civitatum continentes] Aristoteles postea scripsit».

De hoc textu —latine reddito—, qui graece adhuc ignotus erat, ita iudicari potest: illa verba de vita Platonis et Aristotelis ex Apollodori Chronicis promanare videntur. Nam Apollodorus duos aequales concētere atque nomina archontium, quibus regentibus, illi aequales nati et mortui sunt, proferri solet; annos quoque aetatis et rerum gestarum addit, ut facile erui potest ex collectione fragmentorum «Chronicorum» quam fecit Felix Jacoby in libro quem inscripsit «*Apollodors Chronik*» (Berolini, 1902). Quo ex duplici modo temporum seriem conjungendi commercium seu necessitas hominum ratione quadam vicinorum clarius exprimitur et certius ponderatur. Nominibus enim archontium propositis, tempus in quo cujusque viri aetatem decurrit firmiter stabilitur, nam nomina propria difficiliter a scribis variantur quam numeri; numeris autem apud antiquos scriptores diffidendum est; saepe enim auctores fontibus diversis usi novas computationes sub aliis rationibus atque principiis subducunt aliosque numeros proferunt; saepe etiam ad orationem graviorem atque ornatiorem struendam numeros augent, quo veritas valde corrumpitur. Ea autem quae codex matritensis 4676 in folio 147^v de Platone praebet, apud Apollodorum non adeo conexas erant cum verbis quae ad Aristotelem spectabant, ut nunc in illo codice leguntur. Immo post aliquot hominum aetates, Apollodoro mortuo, scriptor qui vitam Aristotelis erat enarraturus ex Apollodori Chronicis quaedam excerpserit et centones consuit. De iis vero duo illa fragmenta

Chronicorum Apollodori nobis in manuscripto matritensi exstant: cujus altera pars Platonis vitam exhibet, altera vero, productior, Aristotelis ortum obitumque circumscribit.

Tandem de illa Philippi regis sententia ὄρισα γῆν Πέλοπος pauca referam. Quae sane verba alteram partem pentametri efficiunt, forsitan et alterius metri vestigia contineant. Certum quidem est vocabula illa poetice sonare, neque veri dissimile est Philippum ipsum nunquam tali modo poetico locutum esse. Ἴγ Πέλοπος stat pro Πελοπόννησος; haec autem vox productior non cuius metro conveniebat. Apollodorus autem versu iambico comico «Chronica» confecit; et illa verba ὄρισα γῆν Πέλοπος cum quadam positione in versibus iambicis Apollodori invenire poterant. Chronographum ergo atheniensem Philippi iudicium his verbis conceptum metrica redigisse, opinari licet.

Quod si verum est, haec quoque sententia Philippo regi adscripta, tertium fragmentum «Chronicis» Apollodori adnumerari debet. EMIL ORTH

Epistolia soluta

DNO. FR. B. (*Lucronii*). Epistolam, qua mentem aperiebas et desideria significabas, benigne accepi et gaudeo in primis fasciculum, quem nuper accepisti, tibi multo gratiorem fuisse. Alumnorum exercitationes ab Actuaria *Palaestrae Latinae* proponuntur quas pueri in latinum convertant; at subinde parvuli alias mittunt scriptiones, quas ut eis animos injiciamus, facile edimus. Quae tamen exercitationes fere in operculis praebuntur, ut et alumnis locus detur et eruditis ne fiat injuria. De ceteris tibi assentior, omnia redintegrare oportet ut ad summam animorum humanitatem deveniamus; in id omnes operam conferamus.

FR. P. ST. S. (*Calagurri*). Ex tuis litteris duo volumina PALAESTRAE LATINAE a nobis missa et quosdam fasciculos ab Administratore, te accepisse intellexi. Reliquos fasciculos difficiliter invenire poterunt; notulam transmissi Barcinonem, quae, si mecum haberem, curarem tamen illos perquirendos. Nihil de pretio, cum ab Administratore id curatum arbitror. Dictionarium gallicum-graecum Alexandre venit apud librariam Hachette, Parisiis, pretio 500 franc., qui plus minus 50 pesetis aequabunt.

DNO. XAV. P. Interrogas qua voce nominandi illi mercium negotiatores qui vulgo *estraperlistas* vocantur; et doleo in primis apud vos hujusmodi hominum genus ortum quoque habuisse. Hi vero quamvis et in aliis linguis communi illo ac vulgato vocabulo forte insigniantur, eos tamen cum antiquis scriptoribus *dardanarios* et *captatores* appellaverim. *Dardanariis* enim «odiosissimo hominum generi nomen inditum est a quodam Dardano phoenici, insigni mago», et de quibus ULP., *Dig.* 47, 11, 6 annenam attentare et vexare vel maxime *dardanarii* solent. Est autem *dardanarius*, juxta Forcellinum, annonae et aliarum mercium negotiator qui studio undique coemittit, et coempta comprimit ut annonam incendat et carius vendat» (Cfr. etiam STEPHANUS, *Thesaurus linguae latinae*, sub v.); qui a Sto. Ambrosio et aliis scriptoribus *captator* quoque appellatur (Cfr. FORCELLINI). Diocletianus quoque Imperator, «legem pretiis rerum venalium imponere conatus est, ut imensam annonae caritatem coerceret»; qua occasione de hujusmodi hominum genere aperte loquitur (Cfr. PAL. LAT. n.99, p. 206).

ILIADIS I

- Cui propere pedibus velox affatur Achilles:
«Si quod habes omen, nulla formidine profer.
- 85 En Phoebum testor, (quem tu veneratus, aethaeis
sacra soles, Calcham, reserare oracula divum):
Me, super hanc terram lumen vitale vidente,
nemo impune manus in navibus inferet in te
omnibus ex danais, etiamsi Agamemnona fingas,
- 90 primus in agminibus nostris qui dicitur esse!...»
Tunc, fidens animi, vates sic ora resolvit:
«Non votum queritur neglectum, non hecatomben.
Sed quia Sacrificum despexit rex Agamemnon,
nec solvit natam, nec dona oblata recepit;
- 95 hinc dedit arcitenens nobis mala tanta dabitque.
Nec prius arcebit morbum pestemque furentem,
quam sua reddatur, sed non mercede redempta,
virgo pulchra patri, detur quoque sancta hecatombe
in Chrysen. Nobis fors placabitur ille».
- 100 Sic fatus, residet vates. Simul impiger adstat,
imperio summo confisus, rex Agamemnon.
Cuncta tument illi praecordia fluctibus atris.
Undique tunc oculis rutilum vibrantibus ignem
intuitus Calchantia, gravi sic voce locutus:
- 105 «Laeta mihi nunquam ceciniſti, pessime aruspex!...
Te juvat augurio mala praesagire sinistro;
verum aliquod verbum facere aut canere utile, nunquam.
Nunc quoque fatidicus non desinis usque monere,
de danais ideo poenas ab Apolline posci,
- 110 quod repuli omnino Chryseidos optima dona.
Sed repuli, quia malo domi retinere puellam.
Namque Clytemnestrae facile anteferenda videtur,
legitimae uxori; siquidem non corpore cedit,
viribus ingenii, specie, manuumve labore.
- 115 Si tamen est aequum meliusque hanc reddere, reddam
ne pereat populus, sed salvus et integer adsit.
Quaerite jam donum. Nam quis me dixerit unquam
munere privandum, danais ex omnibus unum?...
Quamque ego adeptus eram, fugientem cernitis illam.
- 120 Huic responsa refert pedibus-festinus Achilles:
«Nobilis Atrides! Miseri cupidissime lucril
Quomodo magnanimi tribuant tibi munera aethaei?

- Quis sciat ex raptis spoliis an multa supersint?...
 Urbibus ex captis praedam divisimus omnem;
 125 nec decet ut populi reddant sua rursus acervol...
 Si tu solvis eam Phoebo, tibi terque quaterque
 addemus danai praedam, cum Juppiter altae
 Trojae concedat nobis subvertere muros».
- Tunc responsa ferens, sic fatur rex Agamemnon:
 130 «Nos, licet ingenio superes, sublimis Achilles,
 fallere ne quaeras animumque inflectere nostrum!
 Me remanere velis vacuum tu, munere gaudens?...
 Tene jubente, sinam tranquillus abire puellam?...
 Quippe aderunt danai generosi, dona ferentes,
 135 dona tamen, pretio saltem pare digna, futura!...
 Quod si non dederint, properabo tollere munus
 sive tuum, sive Ajacis, seu fortis Ulyssis...
 Eripiamque illud, quamvis vos ira refringat!...
 Attamen haec iterum melius tractanda sinamus.
- 140 Nunc agite, obscuram puppim jactemus in aequor;
 remigiumque decens statuamus; mox hecatomben
 ac teneram pulchramque-genas Chryseïda agamus.
 Hinc aliquis procerum puppim quasi navita ducat,
 sive Ajax, sive Idomeneus, seu dius Ulysses,
 145 seu tu, Pelides, hominum saevissime terrae,
 ut Phoebum flectas, ipsius numen adorans»...
- Torva tuens, pedibus-velox affatur Achilles:
 «Hei mihi! Divitiis inbians, exute pudore!
 Quis danaum parere queat tibi, forte jubenti
 150 sive viam ut carpat, seu bellum conserat hosti?...
 Haud equidem troum causa trans aequora veni
 buc bellaturus. Nec me laesere profectol...
 Nunquam troes, equos, nunquam rapuere juvencos.
 Nec Phthiae, magnae frugumque virumque parentis,
 155 combussere mihi segetem; nam plurima tellus,
 aërii montes, resonumque interjacet aequor.
 Venimus... ut poenas tecum, scelerate, petamus,
 (tam tibi, quam fratri dantes, canis improbe honorem
 a teucris. Verum nihil haec te cura remordet...
- 160 Immo nunc, minitans, contendis tollere munus,
 pro quo tanta tuli, gratique dedere pelasgi.
 Deterius donum mihi tradunt semper aethaei,
 cum capiunt troum munitam moenibus urbem.

Misaël VÁZQUEZ, S. J.

Adnotationes stilisticae

De nominum numero adhibendo ⁽¹⁾

ADDENDA. — I) In partitivis:

a) Substantiva singularia hispanica quae subsequuntur adjectivum aut pronomen, *partitivo modo* resolutum, saepe in *genetivum pluralem* vel *ablativum cum praepositione ex, (de)* latine convertuntur.

EXEMPLA: Nemo «discipulorum»: *ningún «escolar o discípulo»*. — Major «fratrum» vel «ex fratribus»: «*el hermano» mayor*. — Aliquis «de heredibus»: *algún «heredero»*. — Marius mihi secundis rebus unus «ex fortunatis viris» (*un hombre afortunado*) videbatur, in adversis unus «ex summis viris» (*un grande hombre*) (CIC.). — Chamaeleon solus «animalium» (*es «el único animal»*) nec cibo nec potu alitur (PLIN.) (2).

b) E contra, nonnulla substantiva hispanica pluralia *singulari* efferuntur *numero* si per adjectivum aut pronomen partitivum construuntur.

EXEMPLA: Multum «pecuniae»: *muchas riquezas*. — Aliquid «novi»: *algunas noticias o referencias*. — Tantum «mali»: *tantos males*. — Hoc «incomodi»: *estas adversidades*. — Aliquid «adversi»: *algunas adversidades*. — Iustitia nihil expetit praemii: *los justos no esperan recompensas* (CIC.). — Quem nostrum ignorare arbitraris «quid consilii» ceperis (*qué determinaciones*) (CIC., *Cat.* 1, 1).

II) In quibusdam adjectivis:

a) Adjectiva (substantive sumpta) quae *congeriem singularum rerum* exprimunt, quadam qualitate praeditarum, *plurali neutro* reddere solent latini.

EXEMPLA: Bona: «*el bien*» (*un conjunto de cosas buenas*). — Omnia pulchra: «*todo lo bello*» (*todas aquellas cosas que son bellas, que forman un conjunto bello*). — Mala: «*el mal*» (*conjunto de males*). — Praeterita et futura: «*el pasado y el porvenir*» (*constituídos por un conjunto de hechos particulares*). — Dedit eadem natura beluis appetitum ut secernerent «*pestifera a salutaribus*» (CIC., *Nat. D.*, 2, 47, 122): *para distinguir lo nocivo de lo provechoso*. — Cum est somno sevocatus animus a societate corporis, tum meminit «*praeteritorum*», «*praesentia*» cernit, «*futura*» praevidet: *recuerda «el pasado», contempla «el presente» y prevé «el futuro»*. — Dijudicare «*vera ac falsa*»: *discernir «lo verdadero de lo falso»*. — «*Honesta utilibus*» cedunt: «*lo honesto*» *cede a «lo útil»*. — Ordiri a «*facillimis*»: *comenzar por «lo más fácil»*. — «*Parva magnis*» comparare: *comparar «lo pequeño con lo grande»*. — His «*omnibus*» annona crevit (CAES., *Bel. Civ.*, 1, 52, 1). — Ratio est quae

(1) Cfr fasc. 110, p. 405-407. — (2) Cfr. etiam: Nusquam «*gentium terrarum*»: *en ninguna parte* (de la tierra). — Ubi «*terrarum*» sumus? *¿En donde estamos?* — Ubicumque eris «*gentium*» (*en cualquier lugar que estés*) a nobis diligeris.

praestet «omnibus» (Cic., *Nat. D.*, 2, 133). — Memoria «praeteritorum futurorumque» prudentia (Cic., *Cat. M.*, 21, 78): memoria «de lo pasado» y previsión «de lo futuro».

b) Notandum vero quod si huiusmodi adjectiva exprimant non congeriem singularum rerum, sed rem aliquam aut particularem aut scientificam aut abstracte sumptam, tum singulari numero plerumque solent efferri.

EXEMPLA: Bonum: «el bien» (cualquier cosa buena). — Verum: «la verdad» (tomada filosóficamente). — «Gratum» facere: hacer «un favor». — Natura «justi et aequi» mater: la naturaleza, madre de «lo justo y de lo equitativo» (tomados jurídicamente).

NOTANDA:

a) Adjectiva singularia «común, público, universal, nacional, civil, general», cet. saepe per *genetivum pluralem collectivum* vertuntur:

EXEMPLA: «Civium» jus: derecho «civil». — «Omnium» salus: el bienestar «público». — Perturbatio «omnium»: perturbación «general». — «Omnium hominum» sententia: el parecer «común o general». — «Omnium» beatitudo: prosperidad, felicidad «general». — Desperatio «omnium»: desesperación «universal». — Terror «omnium»: pánico «general».

b) Praeceptum illud —quo substantiva et adjectiva quae notionem *compositam* seu *generalem* secum ferunt aut quae *plures res* seu *personas* quoquo modo attingunt, in *plurali* numero construuntur—exceptionem admittit cum aliquid ut *indivisum* seu *unum* aut *generali modo* concipitur; tunc fere *singularis* adhibetur.

EXEMPLA: *Oidium* hominum multum valet ad pestem [*semper: effatum profertur*]. — *Caput* hominum formosius est quam bestiarum [*semper est*]. — Quid *vultu* extimuiatis (Cic., *Mil.*, 29, 69). — *Principes* tristes *capite demisso* terram intuebantur (CAES., *Bel. G.*, 1, 32, 2): *los jefes miraban tristemente a tierra «con la cabeza baja» [quasi simul omnes]*.

c) Aliquando numeri permiscentur: *Saevite* in *tergum* et in *cervices* nostras (LIV., 3, 45, 9). — *Plurimi* *detrita tegmina* et *nudum corpus* exprobrabant (TAC., *Ann.*, 1, 18).

d) *Animus* autem et *ingenium* in *singulari* numero adhibere solent, etiam si ad *aliquot personas* referantur, praesertim in *ablativo qualitatis* aut *modi*.

EXEMPLA: *Forti animo* milites pugnabant. — *Aequo, magno, forti, bono animo* esse. — *Nostris animus* augetur (CAES., *Bel. Gal.*, 7, 70, 3). — *Animo simus* ad dimicandum parati. — *Omnibus innatum est* et in *animo* quasi insculptum esse deos. — *Excellenti ingenio* doctrinae se dederunt.

DOMINICUS BELTRANI, C. M. F.

Villae Rosarii, in Argentina.

DE VERBIS

E chartario scholastico

(*Explicatio magistri minimis alumnis*)

Hodie vobis lectionem depictam tradam ne in posterum eam obliviscamini: de *verbis latinis* erit sermo. Scitis verborum genera: quaedam esse attributiva, alia transitiva, alia vero intransitiva, alia tandem impersonalia.

A) *Verba attributiva* ea sunt quae subjecto [substantivo] constant et attributo [adjectivo], quo qualitas exprimitur; duo igitur elementa: *subjectum* et *attributum* verbo esse vel simili⁽¹⁾ copulantur: cum vero haec propositio nullam exprimat cum aliis rebus relationem, sed de uno *subjecto* agat, *attributum* ad casum *subjecti* erit revocandum. *Subjecti* vero casus est *nominativus*. Sic inspicite imaginem et legite infra inscriptum:

Sagitta est velox

Sagitta procedit velox

Sagitta apparet velox.




Ut videtis de *sagitta* tantum sermonem facio eique qualitatem addo *veloxis*. Idem videte cum vobis hanc puichram rosam ostendo et dico:


Rosa est pulchra

Rosa apparet pulchra

Rosa exurgit pulchra.



Rosae *qualitatem* tantum vobis innuo. Ideo ut propositiones *attributivas* dignoscatis easque ut recte conficiatis mementote *sagittae* quae *recte procedit*, quin nullatenus deflectet.




Deus est

Sunt rosae in prato


Semper probus esto (appare)

Sagitta est velox.




(1) Fieri. effici, evadere; nasci; manere; creari. putari, haberi, videri; dici, vocari. cet.

B) *Verba transitiva* ea sunt quorum subjectum actionem peragunt quae in aliud transit. Inspicite imaginem: *Sagittarius projicit sagittam*. Actio sagittarii transit in sagittam: sagitta recipit actionem sagittarii et ideo sagitta projicitur...: SAGITTA PROJECTA EST. Hanc subjecti (*sagittarii*) relationem cum complemento (*sagitta*) quatenus illius recipit actionem, romani in *accusativo* casu significabant (*sagittam*):




Graphice, ne verbi transitivi constructionem obliviscamini, haec habetote:



C) *Verba intransitiva* ea sunt quorum actio remanet in subjecto et ideo complemento non indigent, ut *nasci, vivere, mori, currere*, cet. Videte imaginem:



Cursus Petri in nullum transit complementum, sed in ipso remanet; ergo verbum est intransitivum. Figura verbi intransitivi linea esse potest quae perpetuo in se convertitur.



D) *Verba impersonalia*, ita vocantur quia *actionis verbi subjectum non apparet*, ut sunt quae temporum vices notant: *pluit, ningit, tonat, accidit*, cet. Et nonnulla quae animi motus significant: *piget, pudet, taedet, miseret*, cet. Cum initium actionis seu subjectum nos lateat, *illud initium circulo notare possumus*:



J. M. M., C. M. F.

Hymnus messorius

Fecundo, juvenes, surgite ab otio,
Et curvam valida stringite dextera
Falcem. Nonne videtis

Campos messibus hispidos?
Unusquisque sibi sumat idoneam
Partem; nec studium nobile finibus
Circumscribere curet
Parvis: omnibus unicâ
Flavescunt Domini messe novalia.
Ergo vos operi accingite fervidi,
Optatoque labori
Toto impendite pectore.

Quis vestrum Dominum primus
[amabilem
Donabit gravido munere mergitis?

Quis, cum Vesperus undis
Surgit purus ab humidis
Et Sol occiduus summa cacumina
Tinget purpurea luce, quis aureos
Plures adnumerabit
Laeto lumine mergites?
Sic vos, cum requies alma laboribus,
Decedente die, venerit arduis,
Omnes digna feratis
Vestro munere praemia!
Quorum non minimam, sedule Pontifex,
In partem venies, quod pius optimam
Hanc fortemque juventam
Sacro chrismate tinxeris.

ISIDORUS MAULEÓN, C. M. F.

Vallibus, IV Non. Jul. a. D. 1948.

CANTO DE SIEGA (Versión)

*Alzaos presto, jóvenes, del ocio fecundo,
Blandid las corvas hoces con mano segura.
¿No veis los campos todos erizados de mieses?
Cada uno elija la porción que mejor se le adapte;
Mas nadie cuide de poner a sus nobles afanes
Cortos linderos: para todos se cubren de oro
Con una sola mies los barbechos del Padre.
¡Dispuestos, pues, con ardor para el duro trabajo!
¡Abalanzaos con denuedo a la ansiada faena!
¿Quién de vosotros al Señor bondadoso del campo
Le ofrendará la primera pesada gavilla?
¿Quién, cuando el Véspero se levante del mar, reluciente,
Y el Sol cayendo colorea de grana las cumbres,
Con ledos ojos contará más dorados fascas?
¡Ojalá, cuando —al caer de la brava jornada—
Almo reposo sobrevenga a las arduas labores,
Todos premiados os veáis cual vuestra obra pidierel
En cuyos premios, oh celoso Pontífice nuestro,
No entraréis Vos con la parte menor, por haberos
Prestado fácil a bañar con el crisma sagrado
A esta esforzadu y sin rival juventud claretiana.*

ISIDORO MAULEÓN, C. M. F.

Extremum imminet periculum!

- JOSEPHUS. — Vix aegre tempero quin hunc codicem manibus discerpam atque in viam publicam detrudam.
- PYTHAGORAS. — Miror quomodo tam ineptum hoc tibi in mentem venire potuerit. Quaeso quid tu hominis es?
- J. — Res redit ad restim (*esto es el acabóse*).
- P. — Satin, sanus es Josephus; quanta de spe decidisti?
- J. — Prae iracundia non sum apud me.
- P. — Vix ego crediderim, nisi hisce ego met oculis viderem.
- J. — An nescis propediem me facturum pericula in physicis, in numeris, in caelestibus et aliis id genus inanibus?
- P. — Quid audio ineptum? Qua de causa ab his studiis aþhorres animo? Mihi autem hujusmodi in deliciis sunt.
- J. — Potissimum timeat id necesse est qui imparatus invenitur ad illa subeunda.
- P. — Quid ergo usque ad hoc tempus egisti? Studia aequo justius remisisti, suspicor.
- J. — Nihilo secius; occupatus fui in praeceptis grammaticae ediscendis.
- P. — Hoc placet multum; atque si tibi videtur, una repetamus themata praestantiora.
- J. — Nihil malo aliud; ordiamur confestim a physicis et caelestibus.
- P. — Quid in natura rerum efficiunt calor et frigus?
- J. — Calor corpora remittit et frigus contrahit: ut metallum quod calore lentescit, ut glacies quae eodem calescit eliquescit.
- P. — Quae sunt loca horrentia frigoribus?
- J. — Haec quidem scite teneo: Boreus axis (*el polo norte*) semper jacet frigoribus concretus perinde atque Australis polus; inibi iners glacies numquam mollitur calore tepefacta
- Maria circumjecta conglaciata manent plures menses in anno.
- P. — Acute responsum dedisti. Nullibi nives manere solent?
- J. — Haec haud satis didici.
- P. — In Andium culminibus. In Alpibus, uti refert Livius, egregius rerum scriptor, nives caelo prope immixtae, pecora ac jumenta omnia sunt rigentia gelu, quod prohibet quominus herbae stirpesque proveniant aut arbores frondescant ramosque diffundant; si quid pabuli a frigida humo «molle cacumen exerit», uritur. Nihil tandem ferunt ea loca, praeter muscum et lichenem.
- J. — Nihil te latet, quantum video, ritaeque omnia memoria complecteris.
- P. — Quasi digitos meos aut nomen proprium. Quod sunt axes terrae?
- J. — Sileas, amabo: Versatur in labris primoribus responsum... Axis Canceri et Capricornii. Vertices mundi duo: Hesperus scilicet aut Boreus et Australis. Axon dicitur linea Aequatori perpendicularis. Vis dicam qui sint antoeci et perioeci et autochthonae?
- P. — Satis superque! Cunctis suffragilis citra dubium doctor renuntiaberis. Quot sunt numero stellae?
- J. — Difficile sane responsum. Vere prius flores, aestu numerabis aristas, poma per autumnum, frigoribusque nives, quam illas numerare sufficiat; omnem nempe modum excedere caeli contemplatores (*astrónomos*) fatentur ultro. Orbem lacteum ferunt complecti milies milia centena milia stellarum.
- P. — De his dicere desistamus, insanendum non est.
- J. — Sed dic tamen: Habitat in luna reliquisque astris? Quae tua est sententia?
- P. Credo equidem, ac sine ulla dubitatione; haecine me spes tenet cum

Lucretio (*Rev. Nat.*, 2, 1075):

Esse alios aliis terrarum in partibus
[orbes.

Et varias hominum gentes et saecula
[ferarum...

J. — Hanc ego spem quam longam jam
pridem fovebam

P. — Caelestia me semper in primis al-
lectarunt Utinam et inter illos uter-
que numeremur de quibus poeta:

«Felices animi, quibus haec cognos-
[cere primis

Inque domos superas scandere cura
[fuit!

J. — Ad geographiam sermonem trans-
feramus; in hac potissimum crucior
atque premor.

P. — Situm Americae paucis exponas.

J. — America divisa est in partes tres:
Septentrionalem, Centralem, Meri-
dionalem. Ea quae in septentriones
spectat Canada aut Nova Francia
vocitatur, finitima Polo est; prope
adsunt Status Foederati, quam vulgo
Yanquilandiam omnes appellant, et
Mexicana Respublica.

P. — Tuto incedis pede. Prosequere.

J. — Arta terrarum lingua quae duobus
maribus continetur Centralis Ameri-
ca nominatur. Cetera pars ad polum
usque pertinens America Australis
nuncupatur.

P. — Quae est tellus prae cunctis ditis-
sima ac jucundissima?

J. — Regio potens armis et uber glebae
ad Occidentem solem patens, quam
Mare Atlanticum circumluit, cis An-
des in orientem Cilenaee reipublicae
vergens, Argentina nomen habet Ip-
sa septentrionem Reipublicae Boli-
vianae tangit, dein ad Polum Australe
porrigitur Communis illa est
omnium nostrum parens, quam Aus-
tralem reginam cuncti populi domi-
namque vocant.

P. — Ejus caput memora.

J. — Urbs frequens inter omnes finitimas
verticem extollit: Bonae Aurae, in-
quam; haec fluvio Argenteo adjacet
opportuno loco sita, situque et ad-
spectu praeclara est.

P. — Quam deinde reperis valli pera-
moeno impositam?

J. — Corduba nostra est, «magna pa-
rens frugum, magna virum»...

P. — Pulchre, belle, recte! De his hacten-
us; laurea procul dubio donandus
eris meritissima. Qui abunde semi-
nat, uberrime et metet.

J. — Tunc digito caelum tetigisse cre-
dam, si talia forent meritoque tuo id
factum fulsse fatebor.

RAIMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Villae Rosario, in Argentina.

PROVERBIA

Caecorum in patria colitur pro principe luscus:
en patria de ciegos el tuerto es rey.

Nocte latent mendae vitioque ignoscitur omni:
de noche todos los gatos son pardos.

Pennula ceu fertur, sic vento verba feruntur:
palabras y plumas el viento se las lleva.

Bibliographia

M ROBLES. *Comedias, T. Maccio Plauto* (5 tms.), Libr. y Casa Editorial Hernando, Madrid.

Nemo est qui ignoret quanti et veteres et recentiores scriptores Plautum fecerint sive in sermone illo familiari sive in tota comoedia Plautus enim, «homo linguae atque elegantiae in verbis latinae princeps» (GEL. 6, 17, 4). Illud tamen ingenue fatendum est in interpretando Plauto saepe difficultates exoriri quae duceim aliquem — quo enodentur — exquirant. Neque defuerunt commentariorum et versionum scriptores apud alias gentes optimos; deerat forte apud nos versto apprime elaborata, quam nobis praebere hujus versionis conscriptor temptavit. Quae in totius operis prologo disserit Dnus. M. Robles de Plauto ejusque comoedia et arte, aptissima certe sunt quibus, de audientibus seu spectantibus, de inventione personarum earumque vi et ingenio comico, de imitatione et contaminatione, de musica, de religione et moribus, de salibus plautinis, diligenter erudiantur lectores.

Plauti interpretatio, ut innuit Auctor, maximis profecto scatet difficultatibus cum ad vernaculas linguas aptatur, sive in ipso textu illustrando sive in eo loquendi genere quo decenter proferantur illi sales in vetere poeta reconditi Quod quidem haud sane imperite adeptum esse Dnum Martinum Robles aperte fatemur. At quamvis in scriptorum interpretatione verbis nimium inhaerere non oporteat, tamen tota sermonis vis et elegantia retinenda est. Et ideo quaedam rectius forte vertenda, ut illa: *Quia mihi misero cerebrum excutiunt Tua dicta, soror, lapides loqueris*: «tus palabras para mí han sido un martillazo en la cabeza; son terribles, hermana» (*Aulul.* 151). — *Ain tu te valere* (*Aulul.* 186): «¿Qué me decías? ¿Que te hallas bien? — *Quid crepuit quasi ferrum*: «un ruido como de hierro he oído ahora mismo, que no sé

lo que será (*Aulul.* 242). — *Nam ecaster malum moerore metuo ne inmixtum bibam* (*Aulul.* 279). «mucho temor tengo de que lo que he de beber hoy ha de estar mezclado con bien de disgustos». — *Sine: at hercle cum magno malo tuo, si hoc caput sentit* (*Aulul.* 425): «no me toques; si no. . . juro a tal que tu cabeza las va a pagar de mala manera. — *Tuum nunc caput sentit* (*Aulul.* 426): «tú, por de pronto, ¡toma!».

Quae forte et alia, si accuratius interpretarentur, Plauti versionem apud nos haberemus optimam.

JOS. M.^a MIR, C. M. F.

J. DE ECHAVE-SUSTAETA. *Virgilio*, Ed. Labor, 1947, pp. 292.

Optimo jure inter primos scriptores classicos in *collectione Labor* Vergilius poeta adnumeratur. Brevis est libellus, sed lectu facilis et jucundus. In eo praecipua acpraestantiora quae de Vergilio et veteres et recentiores perscripserunt scriptores, diversis locis et quasi praefatiunculis subtiliter atque erudite tractat Dnus. Xav. Echave. Simplicem dixeris librum, sed diligentissima peruestigatione elaboratum. En totius libri disputationes: Ecce poeta. *Las églogas*: originalidad virgilliana; Virgilio precursor, el sentimiento amoroso; estilo de las églogas. *Las Geórgicas*: el canto a Italia; elogio de la vida del campo; el anciano Coricio, fábula de Aristeo y Cirene. *La Eneida*: Originalidad del Poema, la caída de Troya, Dido, Eneas en Sicilia; descenso de Eneas a los infernos; Niso y Eurialo. Arte virgiliano. Influencia de Virgilio: deformación del poeta; Virgilio en España. Bibliografía.

In Vergilio vertendo quandam quasi rhythmicam prossam consecutus est interpres, et quamquam id feliciter plerumque est assecutus, quaedam tamen mentem, verba, elegantiam poetae non

ita fideliter interpretari videntur — quod quidem difficillimum esse fatemur— ut quae in pagina 77 leguntur: *opes* (oro); *auro* (tesoro); *corripuit* (rompe); *exsilio mutant* (les arranca el destierro)... quae tamen minima quibusdam erunt.

D. TABACHOVITZ, *Études sur le grec de la basse époque*. — Uppsala, 1943.

Multum idque intento animo in eo qui dicitur infimae latinitatis sermone investigatum est; quae forte investigatio desideratur in graeco sermone priorum saeculorum, cui ut subveniat studiorum inopiae Auctor hunc libellum edidit. Quaedam de grammatica discutuntur atque cum classicorum syntaxi comparantur: in parataxi seu coordinatione, in adhibenda particula *καί* et relativo, in assimilatione, in negatione, *οὐ*; vocabulorum vero significatio et evolutio pervestigatur in vocibus: *ἀπόκρισις, βάλλειν, ποιεῖν, διδόναι, ἔχειν, βαστάζειν, διακινεῖν, ἐντολή, μόνον, φησί, θάνειν, κατά*, *οὐ*. In toto opere A. eruditissimus apparet in referendis veteribus scriptoribus ac recentioribus, atque ex his disputationibus multum ad graecum sermonem perfecte cognoscendum atque ad comparationem cum latino stabiliendam conferri poterit.

TRISTANIUS

HELIODORO FUENTES, S. J., *Horacio, Odas*, Libro II, Estudios Clásicos Portuenses. Librería Cervantes, S. L. Cádiz' 1944.

Quam sit difficile Horatii carmina interpretari, eaque sine ullius reprehensione commentario ornare illi viderint qui, hujus artis arrogantia, quasi facillima sit, cujusque sunt ignari atque insolentes, ad eam tamen audacter ingreditur. Neque haec ita dico, ut homines eruditos omnino ab hoc studio deterream. Prae oculis enim, lector, habes libellum qui non solum quibus quamcumque assequi potuerunt de Horatio eruditionem satisfaciet, sed iis etiam admirabilis esse videbitur, quibus libere docteque licet iudicare.

Omnis libellus in partes tres dividitur. Quarum prima accuratam copiosamque Horatii vitam continet; altera autem notulas metricas prout ad librum Carminum secundum referuntur aptissimas, praemittit; tertia demum singulis cujusque odae praefatiunculis ac commentariis omnino dicitur, ubi quidquid ad carmina degustanda, animumque poetae plane intelligendum necessarium deputatur, plene presseque notatur.

Ceterum liber Odarum II et ad mentem Horatii perspicendam, et ad eisdem absolutam artem atque perfectam penitus cognoscendam aptissimus semper ab omnibus est habitus. Quam ob rem quibuscumque egregiam quandam ac praeclaram indolem ad Horatium degustandum acceperunt, magnopere hunc libellum commendarem.

MAURICE LABEL. — *L'Enseignement et l'Étude du Grec*, Fides Montreal, 260 p., 1944.

Sufficit si legatur libelli titulus ut nostrum erga eum studium excitetur. Capita ejus ex eo in primis distinguuntur, quod eorum documenta et tradendae doctrinae, et ad praxim redigendae aptissima esse videantur.

Hujusmodi praecepta ex doctis ephemeridibus «Les Etudes Classiques, Enseignement Chrétienne, Nova et Vetera», plurimisque gallis auctoribus desumuntur.

In hoc praeclaro opere professores nostri linguae graecae magnum adiutorem tam theoreticum quam practicum, atque elenchum bibliographicum, operum maxime gallicorum, inventent; optima legent de sermonis graeci praesentia in adulescium animis erudiendis, de versione perficienda et themate elaborando.

Typographum tamen, in quod vere dolendum est, minus diligentem in accentibus exprimendis videmus.

I. MAULEÓN, C. M. F.

EDITORIAL
GRAFICAS CLARET
TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

1.º y 2.º Cursos:

Historiae Sacrae Compendium
(3.ª edición) 6'00 ptas.

Epitome Historiae Graecae
(4.ª edición) 8'00 »

C. Nepotis Vitae Excellentium
Imperatorum (en prensa)

Primer Curso de Lengua Latina
4'00 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina
6'00 ptas.

REPETITORIUM { en cartóné 12'00 ptas.
en tela 15'00 »

3.º y 4.º Cursos:

Ciceronis Epistulae Selectae 6'00 pts.

Caesaris de Bello Civili 8'00 pts.

Ciceronis in Catilinam (I.ª) 6'00 pts.

Ciceronis pro Archia poeta 6'00 pts.

5.º y 6.º Curso:

Sallusti de Catilinae Conjuracione
6'00 ptas.

Vergilii Aeneidos liber II 6'00 »

Horatii Carmina Selecta (en prensa)

T. Livii Historiae Selectae 8'00 »

De Orthographia Latina 6'00 »

7.º Curso:

Prudentii Carmina Selecta (agotado)
Homeri Odyssea (canto 1.º) 6'00 pts.

Edición de sólo texto latino:

Ciceronis Epistulae 2'00 pts.

Ciceronis in Catilinam (I.ª) 2'00 »

Ciceronis pro Archia 2'00 »

Sallusti de Catilinae Conju-
ratione 3'00 pts.

Vergilii Aeneidos liber II 3'00 »

T. Livii Historiae Selectae 3'00 »

NOVEDAD de "Textos Palaestra"

GRAMATICA GRIEGA

La **Fonética** al servicio de una morfología más racional.

La **Fonética** al servicio de la pedagogía.

La **Sintaxis** desde el pensamiento griego.

La **Sintaxis** para el pensamiento griego.

Obra original de los profesores belgas

Planque, Lerméniaux, &

Traducción preparada por TEXTOS PALAESTRA

CLÁSICOS "LABOR"

Esta Colección constituye el guía obligado en la lectura y estudio de los grandes clásicos de la Antigüedad y de las Literaturas modernas. Cada volumen contiene un estudio magistral acerca de uno de los grandes autores y una selección de los textos más bellos y representativos de sus obras, facilitando con oportunos comentarios la perfecta asimilación de su contenido ideológico y su plena fruición estética.

Volúmenes de 250 a 300 páginas, tamaño manual (11,5 x 17,5), encuadernados a la holandesa, con sobrecubierta a dos tintas y un retrato del autor estudiado, impreso sobre papel couché.

VOLÚMENES PUBLICADOS

1. **HOMERO**, por J. M. PABÓN, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 28.—
2. **VIRGILIO**, por J. de ECHAVE-SUSTAETA, Catedrático de Lengua y Literatura latina. Ptas. 32.—
4. **BALTASAR GRACIÁN**, por J. GARCÍA LÓPEZ, Catedrático de Lengua y Literatura española. Ptas. 30.—
5. **SÉNECA**, por J. F. YELA, Catedrático de Filosofía en la Universidad Central. Ptas. 30.—
6. **DEMÓSTENES**, por M. FERNÁNDEZ GÁLIANO, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 32.—

NUEVOS TOMOS EN PRENSA Y EN PREPARACIÓN

EDITORIAL LABOR, S. A.

MADRID: Alcalá 144

BARCELONA: Ronda Universidad, 23

FOTOGRAFADOS

M. JOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELEFONO, 30255

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis
www.culturaclásica.com

Compositiones vertendae

PLAUTO (continuación)

Y en general (72) todos los antiguos escritores que juzgaron a Plauto imitaron más bien la generosidad (73) del gran orador que la malignidad (74) del satírico (75). Algunos le colmaron de extraordinarias alabanzas. Varrón (76) le da la palma en la viveza de los diálogos (77) y dice, siguiendo el parecer (78) de Elio Stilón, que si las musas se pusieran a hablar en latín emplearían el lenguaje de Plauto. Aulo Gelio le alaba por su delicadeza (79) y le llama príncipe de la lengua y elegancia latinas. Macrobio le pone a la par (80) con Cicerón en la elocuencia y en la delicadeza de los chistes; y dice que esta segunda cualidad (81) fué tan propia de él que después de su muerte se reconocían como suyas las comedias que eran dudosas, por la abundancia de felices ocurrencias.

NOTAS: 72. *Fere*. — 73. *Lenitas*. — 74. *Acerbitas*. — 75. «Orador-satírico», pónganse los nombres *proprios*. — 76. Añádese *quidem* al nombre propio y constrúyase por coordinación. — 77. *In sermonibus*; no *in dialogis*. — 78. *Sententia*. 79. *Laudem alicui tribuere alicujus rei*. — 80. *Aliquem alicui parem judicare*. (81) *Haec res*.

*77 *Dialogus*, es en latín diálogo científico o filosófico; el diálogo dramático se dice *propiamente deverbium*: *Diom.* III, p. 491 29 K. *Latinae comoediae chorum non habent, sed duobus membris*

tantum constant, diverbio et cantico; véase también *Liv.* 7, 2, 10; pero en todo caso puede decirse con Horacio (A. P. v. 81) *alterni sermones*.

*78. *In argumentis Caecilius poscit palmam, in hithesin Terentius, in sermonibus Plautus* (VARR *apud Non.* 4, 374). *Licet Varro Musas, Aelii Stilonis sententia, Plautino dicat sermone locuturas esse, si latine loqui vellent* (QUINTIL, 10, 1, 99).

*79. *Plautus, homo linguae atque elegantiae in verbis latinae princeps* (GELL. VI, 17, 4)

OPINIONES DE LOS ANTIGUOS SOBRE EL TRUENO


Era natural (1) que los primeros (2) hombres, aterrados por el rayo, al verlo acompañado (3) de un gran (4) estrépito y de un imponente (5) aparato de todo el cielo, lo creyesen algo sobrenatural (6), emanado inmediatamente del ser supremo; así no tardaron mucho en mirar (7) al trueno y al rayo como presagios e indicadores del futuro. Pues ¿por qué había de tronar Júpiter de tiempo en tiempo (8) si no era para anunciar (9) a los hombres las cosas por venir? Desde luego (10) no lo hacía siempre por castigo (11), pues (12) de ordinario (13) al tronar (14) o no aparecía el rayo, o no dañaba a nadie. Se debía, pues, creer que Júpiter tronaba por otros motivos y se halló (15) muy razonable que lo hiciera para dar a los mortales algunas noticias del (16) porvenir (G. LEOPARDI) [Cfr. *PODESTÀ*, t. 4, p. 182].

NOTAS: 1. *Era natural que*: mejor será decir: «Naturalmente sucedió (*feri*) que (*ut*)». — 2. «*Priscus*». — 3. *Al verlo acom. de*, «habiendo observado que le seguía». — 4. *Ingens*. — 5. *Admirandus*. — 6. *Algo sobrenatural y em. inmed.*, «que trascendía (*excedere*), el orden (*motus*) de la naturaleza y procedía de la divinidad misma». — 7. «No tardaron

en mirar = luego (*mature*) miraron. — 8. *De tiempo en tiempo, identidem*. — 9. *Praemuntiare*. — 10. «Pues en realidad». — 11. *Por castigo*, «para castigar». — 12. *Enim*. — 13. *Fere*. — 14. *Al tronar*, «tronando». — 15. *Se halló muy razonab.*, «muy probable». — 16. «*praesensio et scientia*».

CURIOSA ET JOCOSA

220. — CRUCIGRAMA



In Transversum: 1. Tugurium. Immodici (apocopa facta). — 2. Nutrit Omnes litterae e nomine eximii pedilusoris internationalis in Hispania. — 3. Negotio. Litterae initiales dicti forensis (versu locutione) «Non patet». — 4. Arva neptunia. Marcesco. — 5. Praepositio. Comedis. Praepositio. Una ex litteris initialibus salutationum epistularium. — 6. Fera Littera praeonomnis Oratoris Arpinatis. Age. — 7. Hocce. Cado. Superi. — 8. Consonans. Pronomen personale. Musices obsoleta nota. Littera e voce: «turma». — 9. Nummus. Si vis.

Fauces (litteris versis). — 10. Pronomen personale. Littera crucis formam exhibens. Affatus est. — 11. Impeto. Is. — 12. Animal domesticum. — 13 Praepositio.

In perpendicularum: I. Viri antiquissimae Religionis. — II. Verbum ex Caesarea locutione ante transitum Rubiconis. Praepositio (litt. vers.). Pronomen personale (litt. versis). — III. Modo, Sontti. Consonans. Olim pro sine. — IV. Verum. Vivis. Agri. Ex eis et carne corpus hominum constat. — V. Interjectio. Pergit. Interjectio (litt. versis). — VI. Nisi. In. Proptitio (litt. versis). Ille. — VII. Triumphel. Affer (litt. versis). Consonans. Musices nota (litt. versis). — VIII. Haud bene. Cedo (litt. versis). Color. — IX. Dimittite mox. — FR F. XAVERIUS, Carmelita.

221. — In periculis interrogant puerum:

— Puer? quam ob rem Adam et Heva ejecti sunt e Paradiso?

— Parvulus, meditatus quaesitum, respondet magna tranquillitate:

— Quia non poterant solvere vilicol

222. — Estne domi mater tua?

— Minime; exivit...

— Nostin, quando revertetur?

— Paululum subsiste: quaeran enim statim idipsum ab ea.

ADSPIRANTES CARMELITANI

Colleg. Teres. PP C. D., Calagurri

AENIGMATUM SOLUTIONES: Crucigramma. (n. 107, p. 380)

In transversum: A) Duce, Suis. — B) Rem. — C) As, daret, tu. — D) Sim. — E) Avis, musa. — F) Ibis; fuga. — G) Irem, dens (litt. vers.) — H) Mas. — I) Id, pulex, ex. — J) Lex. — K) Tela, uvae.

In perpendicularum: 1) Cana, icit. — 2) Vir. — 3) Ut, liber, re. — 4) Sim. — 5) Eras, mula — 6) Eris, male. — 7) Mens (litt. vers.), sexu. — 8) Mus. — 9) Is, pugna, da. — 10) Eas (litt. vers.) — 11) Tuba, dixi